



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

Caput centesimum decimum quartum. Principes Judaeorum congregantur  
adversus Jesum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

## CAPUT CXIV.

Principes Judæorum congregantur adversus Jesum.

PSALM. 2. 2. *Adfisterunt reges terre, & principes convenerunt in unum, adversus Dominum, & adversus Christum ejus.*

Psalm. 34. 15. *Et adversum me letati sunt, & convenerunt.*

MATTH. 26. 3, 4. *Tunc congregati sunt Principes Sacerdotum & seniores populi in atrium Principis Sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & consilium fecerunt, ut Iesum dolo tenerem & occiderent. Et Marc. 14. 1. & 15. 1. Joh. 11. 47.*

Luc. 23. 6. & seq. *Pilatus autem audiens Galileam, interrogavit si homo Galileus esset. Et ut cognovit quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Ierosolymis erat illis diebus . . . . Sprevit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indatum ueste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die; nam antea inimici erant ad invicem.*

Act. 4. 24. & seq. *Qui cum audissent, unanimiter levaverunt vocem ad Deum, & dixerunt, Domine, tu es qui fecisti cælum & terram, mare & omnia que in eis sunt; qui Spiritu sancto per os patris nostri David pueri tui dixisti, Quare tremuerunt gentes, & populi mediatis sunt inania? Adfisterunt reges terra, & populi convenerunt in unum, adversus Dominum, & adversus Christum ejus. Convenerunt enim vere in civitate ista, adversus sanctum puerum tuum Iesum, quem unxisti, Herodes & Pontius Pilatus, cum gentibus & populis Israël, facere que manus tua & consilium tuum decreverunt fieri.*

## CAPUT CXV.

Jesus proditur à Juda. Judæ mors, & æternus interitus.

PSALM. 34. 19, 20. *Non supergaudeamus mihi qui adversantur mihi inique; qui odrunt me gratis, & annuntiunt oculis. Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur, & in iracundia terre loquentes, dolos cogitabant.*

Psalm. 40. 10. *Etenim homo peccatum, in quo speravi; qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.*

Psalm. 54. 13. & seq. *Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, fætiniussem utique: & si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissim me forsitan ab eo. Tu vero homo unanimes, dux meus, & notus meus; qui simul tecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulavimus cum consensu.*

Psalm. 68. 21. & seq. *Et fufinui qui simul contristaretur, & non fuit; & qui consolaretur, & non inveni: & dederunt in escam meam fel, & in siti mea potaverunt me accito. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributions, & in scandalum: obsec-*

*MATTH. 26. 14, & seq. Tunc abiit unus de Duodecim, qui dicebatur Judas Iscariotes, ad Principes Sacerdotum, & ait illis, Quid vultis mihi dare, & ego vobis cum tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde querebat opportunitatem ut eum tradaret . . . . Vespere autem facto discubebat cum duodecim Discipulis suis: & edentibus illis dixit, Amen dico vobis, quia unus vestrum me traditurus est. Et confratiti valde cuperent singuli dicere, Numquid ego sum, Domine? At ipse respondens ait, Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo; & ut autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur: bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Respondens autem Judas, qui tradidit eum, dixit, Numquid ego sum, Rabbi? Ait illi, Tu dixisti... Adhuc eo loquente, ecce Judas unus de Duodecim venit, & cum eo turba multa cum gla-*